

Franckesche Stiftungen zu Halle

Liber Latinus In Vsum Puerorum Latinam Linguam Discentium Editus

Büsching, Anton Friedrich

Berolini, 1767

VD18 1347295X

Caput II. De Animalibus Generatim.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-190266](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-190266)

recte incedat, nihil tamen horum corpus efficere potest.

CAPUT II. DE ANIMALIBUS GENERATIM.

Jam ad *reliquas animantes* transeamus. Illarum in orbe terrarum magna varietas est. Terrenæ sunt aliæ, partim aquatiles, aliæ quasi ancipites, in vtraque sede viuentes. Aliæ sunt quadrupedes, aliæ bipedes, aliæ multipedes, aliæ apodes. Omnibus certus & in suo cuique genere motus est; vel enim ambulant & gradiuntur, vel saliunt, vel currunt, vel volant, vel nant, vel serpunt. Aliæ coriis *) testæ sunt, aliæ villis **) vestitæ, aliæ corio & pilo, aliæ fetis, aliæ spinis hirsutæ, aliæ cortice integuntur, aliæ silicium duritia, aliæ crustis, aliæ aspera cute, aliæ molli: pluma alias, alias squama videmus obductas, alias esse cornibus armatas, alias habere pennas, quibus effugiant. Cibum partim oris hiatu, & dentibus ipsis capeffunt, partim vnguium tenacitate arripiunt, partim aduncitate rostrorum. Aliæ fugunt, aliæ carpunt, aliæ vorant, aliæ mandunt. Atque etiam aliarum ea est humilitas, vt cibum terrestrem rostris

*) *Corium* est crassior pellis ac durior, vt elephanti & hippopotami.

**) *Villus*, est pilus longior densiorque, vt ouis, vrsi, leporis.

rostris facile contingant. Quæ autem altiores sunt, vt anseres, vt cygni, vt grues, vt camelii, vt struthiocameli, adiuuantur proceritate collorum, & maximum animalium terrestrium elephanti, quia propter magnitudinem corporis difficiles aditus habet ad pastum, proboscide, seu rostro longo, vtitur vice manus. At quibus bestiis erat is cibus, ut alius generis bestiis vescerentur, aut vires datæ sunt, aut celeritas; data est quibusdam etiam machinatio quædam atque solertia, vt in araneolis, aliæ quasi rete texunt, vt si quid inhæserit, conficiant, aliæ autem vt ex inopinato obseruant, & si quid incidit, arripiunt, idque consumunt. In potu, quibus ferrati dentes animalia, lambunt, quibus continui dentes, sorbent, vt equi, boves. Bibunt aues suctu, ex his quibus longa colla, intermittentes, & capite resupinato velut infundentes sibi.

Nunc per *singulas corporis partes*, præter iam dicta, membratim tractemus historiam naturæ animalium.

In *capite* paucis animalium, nec nisi volucribus, *apices*. Cornua quadrupedum generi data, & scarabæis quibusdam. Illorum cornua aut in ramos sparsa, vt ceruorum, aut ficta in palmas, digitique emissi ex iis. Data ramosa capreis, sed parua. Conuoluta in anfractum arietum generi, infesta tauris. In hoc quidem genere & scæminis siue vaccis tributa, in multis tantum maribus. Rupicapris in dorsum

A 4 adunca,

§ CAP. II. DE ANIMALIBUS GENERATIM.

adunca, damis in aduersum. In quodam genere pro manibus ad scabendum corpus. Omnibus autem caua: & in mucrone demum concreta sunt, ceruis manibus autem tota solida, & omnibus annis decidua. Quadrupedum aliis maiores, aliis minores *aures*: pennatis animalibus, squamigeris atque serpentibus, cauernæ ad auditum. In equis & omnium iumentorum genere, indicia animi præferunt *aures*; fessis marcidæ, micantes pauidis, subrectæ furentibus, resolutæ ægris.

Facies homini tantum, animalibus *os* aut *rostra*. Nocturnorum animalium, velut felium, in tenebris fulgent radiantque *oculi*, & capree lupoque splendent, lucemque iaculantur. Cruستا fragili inclusis animalibus, rigent *oculi*. Quorum duri sunt, minus cernunt, quam quorum humidi. Insectorum omnium, & quibus testacea operimenta, *oculi* mouentur, sicut quadrupedum *aures*. Anibus, serpentibus, piscibus, *foramina* tantum *ad olfactum*, sine naribus:

Labra animal generantibus; pro iis cornea & acuta volucris *rostra*: eadem raptro viuentibus adunca, aliis recta: herba ruentibus limumque, lata, vt suum generi. Jumentis vice manus ad colligenda pabula, ora: apertiora, laniatu viuentibus.

Dentium tria genera, *ferrati*, aut *continui*, aut *exerti*. *Serrati* pectinatim coeunt, ne contrario occurſu atterantur, vt serpentibus, piscibus, canibus. *Continui*, vt equo. *Exerti*, vt apro,

apro, hippopotamo, elephanto. Continuum qui digerunt cibum, lati & acuti, qui conficiunt, duplices, qui discriminant eos, *canini* appellantur. Hi sunt ferratis longissimi. Continui aut utraque parte oris sunt, ut equo, aut superiore primores non sunt, ut bubus, ouibus, omnibusque, quæ ruminant. Capræ superiores non sunt, præter primores geminos. Nulli exertii, quibus ferrati. Raro scæminæ, & tamen sine usu: itaque cum apri percutiant, scæminæ sues mordent. Nulli, cui cornua, exertii; sed omnibus concavi, cæteris dentes solidi. Piscium omnibus ferrati. Volucrum nulli dentes. Camelus, in superiori maxilla primores non habet. Cornua habentium nulli ferrati. Dentium vice aculeus infectis. Simiæ dentes ut homini. Elephanto inrus ad mandendum quatuor, præterque eos, qui prominent, masculinis reflexi, scæminis recti atque proni.

Linguae non omnibus eodem modo. Tenuissima serpentibus & trifurca, vibrans, atricoloris, & si extrahas, prælonga. Lacertis bifida & pilosa: vitulis quoque marinis duplex. Piscibus paulo minus quam tota adhærens, crocodilibus tota. Sed in gustatu, linguae vice carnosum aquatilibus palatum. Leonibus ac pardis, omnibusque generis eius, etiam felibus, limæ similis, attenuansque lambendo cutem hominis.

Quibus longa crura, iis longa & *colla*, item aquaticis, quamvis brevia crura habentibus.